

Decisionum Aurearum Lib. I.

modo omnes teneantur fideles singulis annis confiteri , si habent peccata mortalia, ita monachi teneantur singulis mensibus. Ita interpretatur tex. illum Sotus in 4. sent. dist. 18. q. 1. art. 3. sic etiam tenet Sylu. in ver. confessio. 1. q. 13. Nauar. in manuali. c. 21. num. 34. In summa , determinatio est Augustini in cap. de quotidianis, de poenit. distin. 3. quod pro venialibus sufficit quotidiana oratio fidelium . Concluditur ergo ex his nullatenus personas laicas, sive ecclesiasticas teneri ad confitendum venialia.

3 [Et ratio est , † quia ecclesia sicut sacramentum instituere non potest, ita neque formam, neque materiam mutare: cum potestatem excellentia, per quam Christus sacramenta instituit, licet communicare potuerit, tamen neque Apostolis, neque vlli creaturae communicauit, sed administrationem eorum illis commisit, iux. verbum Apost. 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores, id est, ministri tores mysteriorum Dei . ita Sotus in 4. sent. distin. 18. q. 1. art. 1. peccata autem mortalia sunt necessaria materia huius sacramenti, dicente Hieronymo, poenitentiam esse secundam tabulam post naufragium. quod de veniali dici non potest , quia non separata Deo , non frangit innocentiae nauium, & ideo non est naufragium. ergo cum de iure diuino venialia non sint necessaria materia, non potest ecclesia, vel Papa eadem facere necessariam : quia hoc esset mutare sacramentum poenitentiae, de venialibus faciendo materiam poenitentiae necessariam, sic Petr. de Palu. quem sequitur Sylu. in ver. confessio. 1. q. 13. Sotus in 4. distin. 18. q. 1. artic. 4. versi. pari ratione. qui inquit quod quamus suis particularibus statutis authoritate Summi Pontificis confirmatis religiosi ad confessiones plures teneantur, arbitratur tamen illos ad frequentiores mortaliū confessiones obligari etiam sub mortali, secus de venialibus.] Quæ conclusio † ampliatur primo, [quod nec vigore statuti, quod es-

set in aliqua religione confiteri: v.g. bis in menie, tenentur in fine quindecim dierum confiteri venialia in genere, ut voluit Host. in sum. de poenit. & remiss. num. 8. Suppl. in ver. confessio. 2. versi. utrum homo. Syluest. in ver. confessio. 4. q. 13. dicendo. Nos quidem immunes à peccato mortali secundum nostram conscientiam confitemur in multis aliis deliquisse, & petere absolutionē, sicut & de laicis inquit Sylu. tenet communis schola Doctorum. Scilicet, ut in fine anni, si nullius sint consciī peccati mortalis, confiteantur in genere uenialia: quia si hoc uerum esset, quod debet saltem confiteri uenialia, esset efficax argumentum, quod illa non esset confessio, quæ est pars sacramenti: quia confessio est actus iudicialis: iudicium uero debet fieri in particulari. de illo autem qui dicit se peccatorem in genere, nullum potest fieri iudicium, ergo ita tenet Astens. de obiecto confess. tit. 12. uersi. utrum teneatur, in fi. Sotus in 4. sent. 18. quest. 1. art. 3. ibi, secunda conclusio. † Sed an, qui solis uenialibus est obnoxius, possit sine confessione sacramentum Eucharistie suscipere, & a suo prelato tempore Paschatis nulla prævia confessione petere. inquit Sotus, quod sic, nisi alia legitima via constet prauum esse hominem. Ego autem dicerem, quod tenetur obedire præcepto ecclesiæ, & se præsentare sacerdoti, atque ostendere se immunem à peccato mortali, ut ad communionem admitti possit, ut nos infra, & Syluest. qui supra, quæst. 13. Secundo ampliatur in peccatis uenialibus, qui per Hosien. supra designantur per ligna. hoc est in peccatis uenialibus maioribus, quæ nimis sunt inueterata, & in confusitudinem iam deducta. quæ ex ipsa frequentatione mortalia reputantur, ut uidetur tex. in capit. tres sunt actiones, in fi. de poenit. distinct. 1. & Aug. in c. unum. dist. 25. ubi nullum peccatum est adeo ueniale, quin non fiat mortale. nam resp. secundum ueriores opiniones, quod cum frequentatio uenialium